Quoniam hi solam longitudinem latitudinemque sorti sunt et altitudine carent: si per latera solam unam multiplicationem recipiant: equalem prouebunt profunditatem. Nam quattuor tetragonos duos habet in latere: et natus est ex his duobus. Bis. n. duo quatuor faciunt. Hos ergo duos ex ipsis latere si multiplicares eam liter: cubi forma nascentur. Nam si his binos his facies octonaria unitatis crescit: et est primus hic cubus. non uero tetragonus quoniam. 3. habet in latere: et factus est ex tribus in se multiplicatis si enim unam lateris multiplicationem adiungeris: rursus aliis cubus equali laterum formatione crescit. Ter. n. tres si tertio dureris. 27. cubi figura producitur. Et. i. 6. qui est ex. 4. si quater augescat: et seraginta quatuor cubus pari laterum dimensione crassabitur. et sequentes quidem tetragoni secundum eundem modum multiplicatione facta prouehuntur. Tot autem necesse est unitates cubus habeat in latere: quot habuit primus ille tetragonos ex quo ipse productus est. Nam quoniam. 4. tetragonos duos tamen numeros habet in latere: duos quoque habet octonarius cubus. et quoniam nouem tetragnos tribus per latus unitatibus figurabant: solo ternario. 27. cubi latus ergetur. Et quoniam. i. 6. tetragonos quatuor unitatum latus habebat. totidem 64. cubis in latere gestabit unitates. Quare etiam vi et potestate cubi quod est unitas una erit in latere. Ois. n. tetragonum una quidem superficies est quatuor angulos: totidemque latera

Arithmetica

14

lateralium. Omnis autem cubus qui ex tetragonorum superficie in profunditatem corporis crevit: per tetragoni s. latus multiplicatus: habebit quidem superficies. 6. quarum singula planitudo tetragono illi priori equalis est. Latera vero. 12. quorum unumquodque singulis his que superioris fuere tetragoni equum est. et ut superius demonstrauimus: tot unitatum est. Angulos vero. 8. quoram singulis sub tribus huiusmodi continetur: quales priores fuere tetragoni unde cubus ipse productus est. Ergo ex naturaliter profuso numero: qui in subiecta forma descripti sunt subiecti tetragoni nascuntur. et ex his tetragonis qui subnotati sunt cubi prouehuntur.

Humerus naturalis.

1	2	3	4	5	6	7
Tetragoni.						
1	4	16	25	136	49	
Lubi.						
1	8	27	64	125	216	343

Et quoniam omnis cubus ab equilateris quadratis prefectus: equis ipse omnibus partibus est. Nam et latitudini longitudine et bis duobus compar est altitudo. et secundum sex partes: idest sursum deorsum: dextra sinistra: ante: post sibi equalē esse necesse est: huic oppositum contrariumque esse oportebit: qui neque longitudinem latitudini: neque hec duo profunditati: gerat equalia: sed cunctis inequalibus quamvis solida figura sit ab equalitate cubi longissime distare videat. Hui autem sunt. ut si quis faciat bis tres quater: vel ter quater quinquies. et alia huiusmodi que per ineq̄les spaciōes gradus inequaliter prouerbuntur. Hec at forma greco nomine scalenos vocantur: nos vero gradatam possumus dicere. quod a more modo velut gradibus crescant aut eandem figuram greci quidam sperniscō. Illos autem cuneum possumus dicere. Etenim quos ad qualibet illam rem constringendam cuneos formantur: neque latitudinis: neque altitudinis habita ratione: quantum cōmodum fuerit: tantū vel altitudini minuitur vel crassitudini profunditatis augetur. Atque ideo hos plerumque necesse est omnibus partibus sequilibus inneniri. Quidam vero hos homoscō vocant. i. quasdam arulas que in ionica grecie regione ut ait nichomacus hoc modo formate fuerunt: ut neque altitudine latitudini: neque hec longitudini conuenirent. Clocatur aut aliis quibusdam nominibus que nunc prosequuntur: iudicam. Igitur cubi equalibus spacijs separantibus et huius forme quam diximus gradata distributione disposite: medietates sunt: neque omnibus ineq̄les. quos greci paralellipedos vocant. Latini non men hoc ita uniformiter compositum babere non possunt. Ut tamen idem pluribus dictum fit: ea namque hoc nomine vocatur figura: que alternatim positis latitudinibus continetur.

CDe parte altera longioribus numeris: eorumq; generationibus. Capitulum. xxvi.

Illiusmodi vero formas quales sunt que vocatur a grecis heteromikeis nos dicere possumus parte altera longiores. quarum figurarum numerus quoque hoc modo diffinendus est. Parte altera longior est numerus quem si in latitudinem describas: et ipse quidem. 4. peruenit laterum et 4. angulorum sed non cunctis equalibus sed semper minus uno. Namque nec latera late-

ribus cuncta cunctis equa sunt: nec longitudini latitudi
do: sed ut dictum est: cum hinc altera pars maior fuerit: uno tamen minorem precedit ac superat. Si enim numerum naturalem disponas in ordinem: et secundum per primum multiplices: talis nascetur numerus: vel si secundum per tertium. vel si tertium per quartum: vel si quartum per quintum. omnesque biuitate tam addita multiplicentur: nascetur parte altera longiores. Disponatur enim numerus naturalis.

1	2	3	4	5	6	7	8
---	---	---	---	---	---	---	---

*Et tunc quidem bactenus. Si quis igitur faciat vñ
bis faciet duo. Et rursus bis tres faciet. 6. ter quater
faciet. ii. q̄ter. 5. faciet. 20. ⁊ hoc modo ad eūdē ordinē.
Quicūq; igitur ita facti sunt: procreabuntur par-
te altera longiores: vt subiecta descriptio docet. In q̄
ex quibus numeris multiplicati nascuntur parte alte-
ra longiores supra ascripti sunt. Qui vero nascuntur
subterius, subnotati.*

1	2	3	4	5	6
2	6	12	20		30
I	II	III	IV	V	VI
II	III	IV	V	VI	VII
III	IV	V	VI	VII	VIII
IV	V	VI	VII	VIII	VII
V	VI	VII	VIII	VII	VIII
VI	VII	VIII	VII	VIII	VII

CDe ante longioribus numeris: & de vocabulo numeri parte altera longioris. Capitulū. xxvii.

Capitulum .xxvii.

Ergo si ab unitate tantum discrepent qui multiplicantur: descripti superius numeri protendentur. Si vero aliquo numero ut ter septem vel ter quinque vel aliquo modo alio et non eorum latera sola discrepent unitate non vocabitur hic numerus parte altera longior: sed ante longior. Alterum enim apud pythagoram vel sapientie eius heredes nulli alii nisi tamen binario ascribebatur. Hunc alteritatis principium esse dicebant. Eadem autem naturam et semper sibi similem consentientemque nullam aliam nisi primeuam ingeneratamque unitatem. Binarius autem numerus primus est unitati dissimilis: ideoquod primus ab unitate disiungitur: atque ideo alteritatis cuiusdam principium fuit: quod ab illa prima et semper eadem substantia sola tantum est unitate dissimilis. Merito ergo dicentur binarii numeri parte altera longiores: quod eorum latera unus tantum se se adiecta numerositate precedunt. Argumentum est autem alteritatem in binario numero iuste constitui: quod non dicitur alterum nisi e duobus ab his in quos bene loquendi ratio non negligitur: Amplius quod impar numerus sola unitate perfici monstratur est: par vero sola dualitate id est solo binario numero. Nam cuiuscunque medietas est unus: ille impar est. cuius vero et hic paritate recepta: in genna equa disiungitur. Quare dicendum est imparem numerum eiusdem atque in sua se natura tenentis unitate bilisque substantie esse particeps. ideoquod ab unitate

Arithmetica

formetur: parem vero alterius plenum esse nature: ic
circo quod a dualitate completur.

CQuod ex imparibus quadrati: ex paribus parte alte
ra longiores sunt.

Tero positis in ordinem ab unitate im
paribus: et sub his a dualitate paribus de
scriptis coaceruatio imparius tetragonos
facit: coaceruatio parium superiores efficit
parte altera longiores. Quare quoniam te
tragono^{rum} hec natura est ut et ab imparib^{us} procreet
qui sunt unitatis participes id est eiusdem simila
bilisq^{ue} substantie: cunctisq^{ue} partibus suis equales sint
quod et anguli agulis: et latera lateribus et longitudini
compar est latitudo: dicendum est huiusmodi numer
os eiusdem nature atq^{ue} imutabilis substantie parti
cipes. Illos vero numeros quos parte altera longio
res paritas creat: alterius dicemus esse substantie.
Nam quemadmodum unus a duobus uno tantum al
ter est: sic horum latera a se tantum uno sunt altera:
et una tantum differunt unitate. Quare disponantur
in ordinem omnes ab uno impares: et sub his omnes
a binario numero pares.

1	1	3	5	7	9	11	13	15
1	1	4	6	8	10	12	14	

Et ergo princeps imparis ordinis unitas:
que ipsa quidem effectrix et quodammodo
forma quedam est imparitatis. Que inten
tum eiusdem nec mutabilis substantie est: ut
cum vel seipsum multiplicauerit: vel in pla
nitudine vel in profunditate: vel si alium quilibet nu
merum per seipsum multiplicet: a prioris quantitatis
forma non discrepet. Namque si unum semel facies vel
si semel unum semel: vel si duo semel: vel si tres semel
vel si quatuor semel: vel si quemlibet alium numerum
multiplicet: a quantitate sua is quem multiplicat nu
merus non recedit. quod circa alium numerum non
potest iueneri. **P**aris vero ordinis binarius numer
princeps est. que dualitas cum in eodem ordine pari
tatis sit. tuz principium totius est alteritatis. Namque
si seipsum multiplicet vel per latitudinem vel etiam p
funditatem: vel si quem numerum in suam conglobet
quantitatem. continuo alter exoritur. Nam bis duo vel
bis duo bis si facias: vel bis tres vel bis. 4. vel bis. 5.
vel quemlibet alium multiplices: quisquis hinc nascit
alius quam primo fuerat iuenerit. Nascuntur autem
ex superiori descriptione et ex primo ordine omnes te
tragoni hoc modo. Unum enim si respexeris: primus
potestate tetragonus est. Si vero unum tribus coa
ceruaueris. 4. tetragonus exoritur. Huic si quinariū
iungam nouenarius rursus occurrit. Huic si copules.
7. 16. quadrati forma se suggesterit. Idemque si in ceter
is facias omnes competenter quadratos videas pro
creari. At vero ex secundo paritatis ordine idem cun
cti parte altera longiores sunt. Namque si duos primos
respexero: huiusmodi mibi numerus occurrit qui fit
ex his uno. Cum vero duobus sequentes. 4. iunero:
pte altera longior rursus erit senari^{us} scz qui fit ex his
tribus. Lui si sequentem aggregauero nascetur mibi
duodenaria forma: que fit ex quater tribus. Quod si
continuatim quis faciat cunctos huiusmodi numeros
in competenti ordine procreat: videbit. Quam de
scriptionem scz inferior forma demonstrat.

Radices.

1	1.3.	1.3.5.	1.3.3.7.	1.3.5..7.9.
1	1.3.5.	1.3.3.7.5.	1.3.5..7.9.5.	

Tetragoni id est quadrati.

1	4	9	16	25
---	---	---	----	----

Radices.

2	2.4.	2.4.6.	2.4.6.8.	2.4.6.8.10.
---	------	--------	----------	-------------

Darte altera longiores.

2	6	12	20	30
---	---	----	----	----

De generatiōe laterculoz corū diffinitiōe. cap. xxix.

Thos autem superius laterculos diximus: q
sunt et ipse qdē solide figure hoc modo sunt.
Quotiens equalib^{us} spacijs in longitudine la
titudinēq^{ue} porrectis: m̄sor his addit^{us} altitu
do. Ut sunt hm̄oi. 3. ter. bis. qui sunt. 18. vel.
4. q̄ter bis vel alio quolibet modo. vt his in longitudi
ne latitudinēq^{ue} ega m̄sor altitudo ducat. **H**i definiūt
hoc modo. Laterculi sunt qui sunt ex equalibus equa
liter in minus. Afferes vero et ipse quidem figure sunt
solide: sed hoc modo vt ex equalib^{us} equaliter ducantur
in maius. Nam si equa fuerit latitudo longitudini et
maior sit altitudo: ille figure a nobis afferes: a grecis
clocides nominantur. ut si quis hoc modo faciat. 4. q̄
ter. nouies: qui inde procreantur afferes nomiati sunt
Spheisci vero quos cuneolos superius appellauim^{us}
bi sunt qui ex unequalibus unequaliter ducti per ineq
lia creuere. Cubi vero qui ex equalib^{us} equaliter per equa
lia producti sunt.

De circularibus vel sphericis numeris. cap. xxx.

Numerorum vero cuborum quātūq^{ue} fuerint
ita ducti: vt a quo numero cubite quantita
tis lat^{us} cooperit in eundem altitudinis extre
mitas terminetur: numerus ille ciclicus vel
sphericus appellatur: vt sunt multiplicatio
nes que a quinario vel senario proficiuntur. **N**ā qn
ges quinq^{ue} qui fit. 25. ab. 5. progressus in eosdem. 5.
desinit. Et si hos rursus quinques ducas: in eosdem
5. eorum terminus veniet. Quinques enim. 25. sunt
i 25: et si hos rursus quinques ducas: in quinariū nu
merum extremitas terminabitur. Atq^{ue} hoc usq^{ue} in in
finitum idem semper evenit. Quod in senario quoq^{ue}
conuenit considerari. **H**i autem numeri sic in ciclico
vel sphericis vocantur: quod sicut sphaera vel circulus in
proprijs semper principijs reuersione formatur. Est. n.
circulus posito quodam puncto et alio eminus desiro
illius puncti qui eminus fixus est equaliter distans a
primo puncto circumductio: et ad eundem locum reu
ersio unde moueri cooperat. Sphaera vero est semicircu
li manente diametro circumductio et ad eundem locum
reuersio unde reuersio unde prius cooperat ferri. Uni
tas quoq^{ue} virtute et potestate ipsa quoq^{ue} circulus vel
sphaera est. quotiens enim punctum in se multiplicau
ris: in seipsum unde cooperat terminatur. Si enim fa
ciat semel unum unus redit. et si hoc rursus semel idem
est. Igitur si una fuerit multiplicatio solam planitudi
nem reddit: et sit circulus. Si sed a: mox sphaera consi
ditur. Et enim secunda multiplicatio effectrix semper
est profunditatis. Ex. 5. igitur. 7. 6. paucas huiusmos
di formas subscriptissimus.

i	1	5	6
i	1	25	36
i	1	125	216
i	1	625	1296
i	1	3125	7776

De natura rerum que dicitur eiusdem nature et de
ea que dicitur alterius nature. et qui numeri cui natu
re coniuncti sunt.

Lapitulum. xxxi.

Ac de

Arithmetica

15

Ande solidis quidem figuris hec ad preses dicta sufficient. Qui autem de natura rex propinquis inuestigantes rationibus: qui qz in mathezeos disputatione versati: quid in quaqz re esset xpum subtilissime peritissimeqz ediderunt: bi rerum omnium naturas in gemina diuidentes hac speculatione distribuunt. Dicunt enim omnes omnium rerum substantias constare ex ea que proprie sueqz semper habitudinis est nec vlo permutatur. et ea scz natura que variabilis motus est sortita substantiam. Et illam prima immutabilem naturam vnius eiusdemqz substantie vocant. Hanc vo alterius scz quod a prima illa immobili discedens prima sit altera. Quod numerum ad vnitatem pertinet: et ad dualitatem. qui numerus primus ab uno discedens alter factus est. Et quoniam cuncti secundū vni tatis speciem naturamqz impares nūeri formati sūt: quiqz ex his coaceruatis tetragoni sunt dupli mō eiusdem substantie participes esse dicuntur: quod vt ab equalitate formantur tetragoni: vel coaceruatis i vnum numeris imparibus procreantur. Illi vero qui sunt pares: quoniam binarij numeri forme sunt: quiqz ex his coaceruati collectiqz in vnam congeriē parte altera longiores numeri nascentur: bi secundū ipsi us binarii numeri naturam ab eiusdem substantie natura discessisse dicuntur. putaturqz alterius nature esse participes: iccirco quoniam cum latera tetragonorum ab equalitate progressa in equalitatem: proprietatis latitudinis ambitum tendant: bi adiecto uno ab eq̄itate laterum discesserunt: atqz ideo dissimilibus lateribus et quodammodo alteris a se coniungūtur. Quare nobis notum est quod ex his ea que sunt i hoc mūdo coniuncta sunt. Aut enīz proprie immutabilis eiusdemqz substantie est quod deus vel anima vel mens est: vel quodcumqz proprie nature incorporalitate beatitur aut mutabilis variabilisqz nature: quod corporibus indubitate videmus accidere. Unde nūc nobis monstrandum est: bac gemina numerorum naturaqz dratorum scilicet et parte altera longiorum: cunctas numeri species cunctasqz habitudines vel relate ad aliquid quantitatis: vt multiplicium vel superparticularium et ceterorum. vel ad seipsam cōsiderate. vt formarum quas dudum in superiori disputatione descripsimus informari. vt quemadmodum mundus ex immutabili mutabilis substantia: sic omnis numerus ex tetragonis qui immutabilitate perficiuntur. et ex parte altera longioribus qui mutabilitate participant perbetur esse coniunctus. Et primo quidem distribuēdū est qui bi: quos promeas vocant: idest anteriore parte longiores. vel qui quos heteromikeis idest parte altera longiores. Est enim parte altera longior numerus: quicunqz vnitate tantu lateri crescit adiecta. vt sunt. 6. scz bis. 3. vel. 32. tres q̄ter. et 2similes. Anteriorē vero parte longior est. qui sub duobus numeris būiusmodi continetur: quorū latera nō possidet vnitatis differentia. sed aliorum quorūqz numerorum vt ter. 5. vel ter sex: vel quater. 7. Quodāmodo enīz longitudine in prolixiore modum porrecta merito anteriorē parte longior dicitur. Lur autem parte altera longiores numeri dicantur. supra iam dictum ē. Quadrati vero quoniam equam latitudinez longitudini gerunt: proprie longitudinis vel eiusdem latitudinis aptissime vocabūtur. vt bis. 2. ter. 3. quater. 4. et ceteri. Parte altera vero longiores: quod non eadem longitudine tendantur: alterius quodāmodo lo-

gitudinis: et parte altera longiores vocantur.

CQuod omnia ex eiusdem natura et alteri natura cōsistat. idqz in numeris primum videri. cap. 32.

Mne aut̄ q̄cquid in propria natura substātia que est immobile: terminatum definitumqz est quippe quod nulla variatiōe mutet: nunqz esse desinat: nunqz possit eē qd non fuit. At hec vnitas sola est: et que vnitate formantur: comprehēbilis et determinata et eiusdem substantie esse dicuntur. Ea vero sunt que vel ab equalibus crescent velut quadrati vel quos ipsa vnitas format: idest impares. At vero binarius et cūcti pte altera longiores: qui a finita substantia discesserunt: variabilis infiniteqz substantie nominantur. Constat ergo numerus omnis ex his que longe distacta sunt atqz contraria: et imparibus scz et paribus. Hic enim stabilitas: illic instabilis variatio. hic imobilis substantie robur: illic mobilis permutatio. hic definita soliditas hic infinita congeries multitudinis. Que scz cum sint contraria: in vnam tamen quodā modo amicitiam cognitionemqz miscentur. et illius vnitatis informatione atqz regimēto vnu nūeri corpus efficiunt. Non ergo inutiliter neqz impronide qui de hoc mundo degz bac cōmuni rerum natura ratio cinabantur: hāc p̄imā totius mūdi substantie diuisio nem fecerunt. Et plato quidem in timeo eiusdem naturae et alterius nominat quicquid in mūdo est atqz aliō in sua natura permanere putat individuum inconiunctumqz et rerum omnium primum. alterum diuisibile et nunqz in proprij statu ordinis permanens. Pbylolans vero necesse est inquit omnia que sunt vel infinita vel finita eē. Demonstrare scz volens oīa quecaqz sunt ex his duobus consistere. aut ex infinita scz eē aut ex finita: ad numeri sine dubio similitudinem. hic enim ex uno et duobus et impari atqz pari cōiungit. q̄ manifesta sunt equalitatis atqz iequalitatis: eiusdem atqz alteri: definite atqz indefinite esse substantie. qd videlicet non sine causa dictū est: omnia que ex contrariis consisterent: armonia quadaz cōiungi atqz compōni. Est enim armonia plurimorum adunatio: et dissentiētum consensio.

CEx eiusdem atqz alteri numeri natura qui sunt quadratus et parte altera longior oīs proportionū habitudines constare.

Lapitulum. xxxiiii.

Isponant ergo i ordinē nō iā pares atqz pares ex qb̄ qdrati vel parte altera lōgiores sunt: h̄ bi ipsi q illis coaceruatis in vnu qz redactis et qdrati et parte altera lōgiores pdeūt. Ita. n. videbimus istoz quedā consētū et ad ceteras nūeri ptes p̄cēadas amicitiam: vt nō sine cā hoc i osb̄reb̄ ab numeri spē natura rerū sup̄isse videat. Sint igit̄ duo versus tetragonorum ab vnitate oīuz: et a biario nūero pte altera lōgiorū.

1	4	9	16	25	36	49
2	6	12	20	30	42	56

Oīuz igit̄ si primū compares p̄io dupli q̄z titas innenit: q̄ est p̄ia: multiplicitatē species. Si vo secundū scđo. hemiolie quātitatis habitudo p̄ducit. Si tertiū tertio sesquicarta: et si quītū q̄nto sesquinta. et hic sup̄particularium normam in quāvis longissimū spaciū progrediens: integrum inoffensamqz repies. Ita vt in p̄ima dupli proportiōe vnitatis soli sit differētia. duo nāqz ab uno sola semp̄ discrepat vnitate. In sesquite

Arithmetica

ra vero duorum est differentia. in sesquitertia trium
sesquiquarta. 4. et deinceps secundum superparticula
res formas numerorum: quod ad differentiam attinet. uno
tantum crescit adiecto numerum explicans naturalem.

Dupla	1	1	4	9		16
		2	1	3		
			6	12		
				4		
					12	20



In vero secundum tetragonum p[ro]p[ter]e parte altera longiori cōpares: et tertium secundo: et quartum tertio: et quintum q[ua]nto easdem rursus p[ro]portiones effici p[ro]nab[us] quas in supiore forma descriptis. Sed hic differentie ab unitate non s[e]co[n]dat: sed a binario numero in infinitum per eosdem calculos p[re]greditur. Erigit secundus primi duplus. tertius secundus sesqualter. quartus tertii sesquitercius. Fin eandem conuenientiam que superiorius demonstrata est.

Dupla	1	4	9	16	25	
		2	1	3	4	
			6	12	18	
				4	12	20
					5	-

Rursus quadrati innicem imparibus differunt parte altera longiores parib[us].

Differentie impares.

13	5	7	9	11	13	
11	4	9	16	25	36	49

Quadrati.

Differentie pares.

1	4	6	8	10	12	14	
2	6	12	20	30	42	56	

Parte altera longiores.

At vero si iter primum et secundum tetragonum primū parte altera longiore ponimus: ad utrosque eos una proportione coniungit. In utrisque enim proportionibus dupli multiplicitas iuicitur. Sin vero iter secundum tertium tetragonum secundū parte altera longiore ponas sesquiterciae copationis ad utrosque forma coponit. Et si iter tertium et quartum tetragonum tertia parte altera longiore constat ita: sesquitercia spes nasceret et id est in cunctis feceris: cunctas supparticulares spes invenire miraberis.

Tetragoni	primus		secundus		duplus		
	parte altera longior	quartus	parte altera longior	quartus	9	sesqualter	
	1	29	2	29	39		
	4	39	6	39	49		
	9	16	12	16	16	sesquitercius	
	16	20	25	25	25	sesquiquartus	

Ad eundem modum in ceteris conuenit intueri. Rursus si ponantur duo tetragoni ex superiorius descriptis: id est primus et secundus: et in unum colligantur: et medius eorum parte altera longior bis multiplicetur: te



tragonus fit. Namque unus 2. 4. si iungantur. 5. faciunt eorum binarius parte altera longior si bis ducatur: qui tuor faciunt. qui iuncti. 9. sineulla dubitatione conscient qui est numerus quadratus. Et ad eundem modum in alijs hoc modo dispositis numeris quos supra descripsimus idem constat intelligi. Si vero conuertas et inter duos primum et secundus parte altera longiores secundum tetragonum ponas: qui in ordine quidem secundus est: sed actu et ope primus. ex duobus parte altera longioribus congregatis. et bis multiplicated medio tetragono: rursus tetragonus conficitur. Namque inter. 6. et binarium numerum qui sunt primus et secundus partes altera longiores si ponatur qui ternarius ordine secundus: primus actu tetragonus: et coniungantur duo et sex faciunt. 8. Cum si bis ducatur medijs quatuor faciunt rursus octonarium qui cum superioribus iuncti sedecim tetragonum pandunt.

5		13		25
4		12		24
1	1	4	4	9
		2	1	3
		6	12	18
		4	12	20
		5	-	

Tetragonus a tribus Tetragonus a quinq[ue]s Tetragonus a septem

8 18 32

2 4 6 6 9 12 16 20

Tetragonus a quatuor Tetragonus a sex Tetragonus ab octo

1 36 64

Aliud quoque non oportet minore admiratio ne suscipere: quod secundum proprias naturas: ubi altrinsecus duo tetragoni stant: et unus parte altera longior in medio ponitur tetragonus qui nascitur ille semper ab impari procreatur. Nam ex superioribus uno. 4. et bis multiplicato binario: factus est nonenarius tetragonus. qui scilicet a tribus procreatur. Ter enim tres. 9. faciunt qui ternarius impar est numerus. Et sequens quod ex quatuor et 9. et bis multiplicato senario continet est. 25. tetragonus: et ipse ex impari quaternio nascitur continent post ternarium. Quinque enim quaque. 25. procedunt et quaternius post ternarium impar est numerus. Et in sequenti quoque eadem ratio est. Nam qui ex. 9. et 16. et bis ducito. 12. quadratus. 4. 9. producitur: ille a septenario pari sit post quinarium continent. Septies enim. 7. 49. creant. At vero ubi duo altrinsecus parte altera longiores unum medium tetragonum claudunt o[mn]es ex his quae sunt tetragoni a paribus producuntur. Nam qui ex duobus. et 6. parte altera longioribus et quaterternario bis multiplicato. 16. tetragonus factus est: ille a quaternario numero id est pari producitur. Quater enim. 4. 16. sunt. Et in sequenti quoque ordine ubi ex senario et duodecim et bis in sua summa ducto non uenari. 36. sunt. ex continentem pari senario copulan tur. Sex enim series. 36. restituunt. Nec minus in eadem ratione cadet. ex. 12. et 20. et bis. 16. factus. 64. tetragonus. Hic enim ex octonario continentem post senarium na scitur. Octies enim octo. 64. tetragonus iunguntur. Et in alijs quoque secundum eundem modum si idez facias rationis ordo non discrepat.

CQnod

Arithmetica

16

Quod ex quadratis et parte altera longioribus ois formarum ratio constat.

Laplin. xxxiii.

Plud vo qd ex his duob^z tota olim forma rum videt orta prolation: non minore qd side ratione notandū est. Nāqz trianguli q cunctas alias formas sicut supi^z docui^z colle cti producunt: bis iūct^z velut ex qbusdā ele mentis oriunt. Nāqz ex uno plo tetrangle et binario primo parte altera lōgiore ternari^z triāgulus copula tur. Et ex binario vel qternario. i. ex sedo tetrangle senarius triāgul^z pcreat. Et qternario quoqz et sena ria: denarius triangulus nascit. Et ad eundē ordinem cuncta trianguloz ratio constabit. Disponant enim alternatim inter se tetrangle et parte altera lōgiorez qui vt melius pernotarent: pri^z in duobus eos versib^z disposuimus post autem eosdem permiscimus: et qui exinde trianguli nascerentur ascripsimus.

Tetragoni.

1	4	9	16	25	36	46	49	81
parte altera longiores.								

1	6	12	20	30	42	56	72	90
tetrangle et altera parte longiores alternati.								

1	2	4	6	9	12	16	20	25	30	36	42
13	6	10	15	21	28	36	45	55	66	78	

Trianguli.

Quemadmodum quadrati et parte altera lōgiorez vel parte altera longiores ex quadratis fiant.

Capitulum. xxxv.

Omnis vo tetrangle si ei propriū lat^z addatur: vel eodē rursus demat: pte altera lōgiore fit. Nāqz. 4. tetrangle si qs duo iūgat: vel duo detrahant. 6. addēdo pfect et duo detrabendo. at vterqz figurā continet pte altera longiore que s. magna est alteritatis vis. omnis enī infinita et indeterminata potētia: ab eq̄ilitat^z natura: et a suis se finibus cōtinēti suba discedens: aut in mai^z eruberat. aut in minore decrescit.

Quod principaliter eiusdez qdē sit substātie vnitas sedo vo loco impares numeri: tertio qdrati. et qd p̄cipaliter dualitas alterius sit substātie: secūdo vo loco pares numeri: tertio pte altera lōgiorez. Cap. xxxvi.

Onstat igī primo quidē loco vnitatē p̄pe imutabilisqz: substātie eiusdēqz nāc: dualitatē vo prīmā alteritatis mutationisqz esse principiū. Sōdō vo loco oēs spares numeros p̄p vnitatis cognitionē eiusdē atqz imutabilis sube eē particeps: pares vo ob binarii nūc et cōsortiū alteritatis eē pmixtos. Tetranglez quoqz ad eundē modū cōsiderari manifestū est. Nā qd eo rum cōpositio et cōiūctio ex imparibus fit. Imutabili eos nature pronunciabo coniunctuos. Qd vo parte altera longiores ex copulatione pariu p̄creant: nūqz ab alteritatis varietate sepantur.

Alternati positis quadratis et parte altera longioribus qui sit eoz cōsensus in differentia et p̄portione.

Capitulum. xxxvii.

Plud igī perspiciendū est: quod si idē tetrangle et parte altera lōgiorez disponant: ita vt alternati sibi pmixti sint: tāta in his est cōiūctio vt alias sibi in eisdē proportionibus cōnūcent: discrepent. at differentiis. Alias. vo differentiis pares sint. proportionibus distēt. Disponantur enim in ordinem idez illi supiores tetrangle et parte altera longiores ab uno.

1	2	4	6	9	12	16	20	25	30	36
---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----

Rgo in supiore formula hoc marie intuē dū est. Nāqz inter vnu qui est tetrangle et 2. dupla proportio est. inter. 2. et 4. dupla. Hic ergo tetrangle cū parte altera longiore: atqz hic cū sequente tetrangle.

eadem p̄portione iunguntur: differentiis vo nō isdē Nāqz duoz atqz vnius sola vnitatis differentia est: h̄ idem duo a quaternario solo binario relinquunt. rursus si. 2. ad. 4. speculeris dupla est proportio. si qua tuor ad sex habitudinem sesqualteram recognoscet. Hic ergo et p̄portionibus discrepant in differentiis pares sunt. Nāqz et quatuor a duob^z et 6. a qtuor eo dem binario distāt. In sequentibus etiaz eodē modo sicut in primis fuit: rō constant. Nam eadē p̄portio est differentiis non eisdē. Nam. 4. ad. 6. et sex ad nouem sesqualtera proportiōe iunguntur. 6. autē quaternarium duob^z. 9. vo senarium tribus pretereūt. In sequētib^z etiam eadem rō speculabit. et semper alternatim nunc quidē eedem proportiones. alie differentie sunt. nūc autē ordine permutato. hisdē differentiis alie proportiones. Semperqz in quib^z differunt secūdum nālis numeri ordines tetrangle et parte altera longiores sese superabūt: tantū qd geminat^z sūmulis naturalis numeri fit progressio. Quod mirū videri non debet. nos enī ipas summas tetrangle et parte altera longiorum geminam^z ad primas secundasqz proportiones.

duplos	sesquialter	sesquiterius	sesquiquartus	qui quintus
1	2	4	6	9
12	16	20	25	30

Differentie.

Edem quoqz differentie mirabilem in modum a toto p sequētes ptes et p easdē vni tates qd superius creuerūt progrediūt. Nāqz iter vnu et duo tñvnitas itercedit: q vnitati cui eq̄lis ē totū ē binarii vo medie tas. Eodē mō iter. 2. et 4. tñ duo sunt. q binarij totū sūt: quaternarij medietas. Inter qternarium vero et senarij idē duo sunt: ad quaternarium medietas: ad senarij ps tertia. Tres vo q sequūt q inter. 6. et 9. constituti sunt medijs: sunt quidez senarii dimidiū ps vo tertia nouēarii. Et rursus ternari^z q nonēarii ter tia ps est: duodenarij quarta ē. et ad eundē modū vs qz in fine descriptionis geminatis bmoi partibus sic ut ipsa quoqz summar comparatio geminata est: equas partium progressiones aspicias.

Cōprobatio quadratos eiusdē eē nature. Cap. xxxviii.

Plud at apertissimū signum ē oēs tetrangle nos imparibus esse cognatos. quod i omni dispositione ab uno vel in duplicib^z vel i triplicib^z talis nature ordo conserit vt nūqz nisi secundum imparem locum tetrangle inueniatur. Disponam^z enim in ordinē numeros: primo quidē duplos; deinde triplo.

Arithmetica

1	2	4	8	16	32	64	128	256
1	3	9	27	81	243	729	2187	6561

Sicut in vtrisq; versibus primos aspicias: singulos quos inuenis quoniam tertagomi sunt: in impari loco sunt constituti: quoniā primi sunt. Si vero tertium locum respexeris. 4. r. 9. notabis: quorum hic a duobus proficitur: illam ternarius creat. qui sunt loco impari constituti. Quintum deinde si videoas locuz 16. r. si. respicies. sed vnuus a quaternario nascitur: alterū nouenarius creat. Et si nonum locum rursus aspicias: tetragonos pernotabis. 256. 6561. quoru3 superior fit a. 16. inferior. vñ ab. si. Idē si in infinitum facere libeat indiscrepanter incurrit.

Cubos eiusdem participare substantie quod ab spibus nascantur.

Lapīm. xxxix.

Tisi vñ cubi qui quāquā tribus interualis sublati sint: tamen p̄p equales multiplicationem participant immutabilis substātie. eiusdemq; nature sunt socii: non aliorū quā impariu3 coaceruatione produnt nū quā vñ parium: Nam si omnes ab vnitate impares disponantur: iuncti figuræ cubicas explicabunt.

1	3	5	7	9	ii	13	15	17	19	21
---	---	---	---	---	----	----	----	----	----	----

Mbis igitur qui primus est potestate: r. virute primum cubum faciet. Iuncti vñ duo qui sequuntur ternarius scilicet r. quinari secundum efficiunt cubum: qui est octonarius. Iuncti autem. 3. qui sequuntur septenarius nouenariusq;. r. ii. cubum faciunt: qui. 27. numero continetur qui est tertius. Et sequentes quatuor quartum. r. qui sequuntur. 5. quintum r. ad eundem modum quotus quisq; cubus efficitur: tot coniunctio ne impares apponuntur. Hoc autem diligenter subiecta descriptio docet.

1	3	5	7	9	ii	13	15	17	19

1	8	27	64

Cde proportionalitatibus.

Lapīm. xxxx.

Et de his quidem sufficienter dictum est. nunc res admonet quedam de proportionibus disputantes que nobis vel ad musicas speculatiōes: vel ad astronomicas subtilitates: vel ad geometrice cōsiderationis vim: vel etiam ad veterum lectinum intelligentiaz p desse possint: arithmeticā introductione commodissime terminare. Est igitur proportionalitas duarum vel trium vel quotlibet proportionum assumptio ad vnum atq; collectio. Ut autem communiter definiamus: proportionalitas est duarum vel pluriu3 proportionum similis habitudo: etiam si non eisdem quantitatibus r. differentiis constitute sint. Differētia vñ est inter numeros quantitas. Proportio est duoru3 terminorum ad se inuicem quedam habitudo r. quasi quodam modo continentia. Quorum compositio qd efficit: proportionale est. Ex iunctis enim proportionibus proportionalitas sit. In tribus autē terminis minima proportionalitas inuenitur. fit etiam in pluribus sed longior. vt binarius ad vnum quoniam duo

sunt termini: duplam obtinet proportionem. si vero quatuor contra .2. impares: r. hic quoq; dupla prop̄tio est. quos tres terminos si continue consideres ex duabus proportionibus sit proportionalitas: Et ē proportionalitas. vnum ad duo: r. duo ad quatuor. ē enim proportionalitas vt dictum est collectio proportionum in vnum que redactio. fit etiam r. in longioribus. Nam si quatuor illis octo velis adiungere: r. his 16. r. his. 32. r. deinceps duplos qui sequuntur: fit in omnibus dupla proportionalitas r. proportionibus duplis. Igitur quotiens vnuus atq; idem terminus ita duobus circum se terminis communicat: vt ad vnu3 dur sit ad alium comes: hec proportionalitas cōtinua vocatur: vt vnuus duo quatuor. Est enim equalitas in his proportionis: r. quemadmodum sunt. 4. ad. 2. sic sunt duo ad vnum. Et rursus quemadmodum vnuus ad duo: sic duo ad quatuor. Et secundum quantitatez quoq; numeri eodem modo est. Quantum enī tres superant binarium: tantum binarius: vnitatē. r. quā tum vnuus a duobus minor est. tantum binarius a terario superatur. Sin vñ alius ad vnum refertur terminus: alius vero ad aliū: necesse est habitudinem disiunctam vocari. Ut ad equalitatem quidem proportionis sunt. i. 2. 4. 8. Sic enī sunt quemadmodū duo ad vnum. si octo ad quattuor: r. conuersim quemadmodum vnuus ad duo: sic quattuor ad octo. Et permutatim quemadmodum quattuor ad vnum sic octo ad binarium. Secundum quantitatem vero numeris: vt sunt. i. 2. 3. 4. quantum enim vnuus a duobus vicit: tantu3 ternarius a quaternario superatur. Et quantum duo vnu3 vincit: tāto ternariū quaternarius trāsit. Nēmixti et quāto vnuus tribus minor est tāto binariū quaternario: vel quāto ternarius vnitatē supat tāto binarium transgreditur quaternarius.

CQue apud antiquos proportionalitas fuerit: quas posteri addiderint.

Lapīlum. xli.

Onfesse quidem r. apud antiquiores note: queq; ad pythagore vel platois vel aristotelis scientiam peruererāt: he tres medietates sunt arithmeticā: geometricā: armonica. Post quas proportionum habitudines tres alie sunt que sine nomine qui dem feruntur. Vlocantur autem quarta: quinta: vel sexta que superius dictis opposite sunt. at vñ posteri propter denarii numeri perfectionem quod erat pythagore complacitus: medietates alias quatuor addiderunt: vt in his proportionalitatibus denarie quantitatis corpus efficerent. Secundum quem numeruz r. priores quinq; habitudies comparationesq; descripte sunt: vbi quinq; maioribus proportionibus quos vocauimus duces: minores aptauimus alios terminos quos comites dirimus. Inde etiam in aristotelica atq; archyte prius. io. predicamentorum descriptione: pythagoricum denarium manifestum est inueniri. Quando quidez r. plato studiosissimus pythagore secundum eam disputationem dividit r. archytas pythagoricus ante aristotelem licet quibusdam sit ambiguum decem hec predicamenta constituit. inde etiam. io. membrorum particule: inde alia permuta que omnia persequi non est necesse.

Quod primum de ea que vocatur arithmeticā ppor tionalitate dicendum est. capitu. 42. Vne vñ de proportionalitatibus deq; medietatibus dicendum est. Et primum quidem de ea medietate tractabimus: que



Arithmetica

17


scdm quātitatis equalitatem neglecta proportiōis pa
rilitate constitutor terminorum habitudines seruat
In his autē quātitatibus medietas ista versat: inq
bis speculanda est: in quib⁹ a seip̄is termini differunt
Quid autem esset differentia terminorū superi⁹ diffi
nitum est. Hanc autē esse arithmeticā medietatē nu
merorum ip̄a rō declarabit: quoniam eius proportio i
numeri quantitate consistit. Que igit̄ cā est hm̄i
terminorum habitudinem idest arithmeticā cūctis
aliis proportionalitatibus anteponere: primum qđ
hanc nobis in principio ipsa numerorum natura ⁊ vis
naturalis quantitatis opponit. Huiusmodi enim pro
portiones queq; ad terminorum differentias perti
nent: vt paulo post demonstrabitur: in naturalis pri
mum numeri dispositione cognoscimus. Deinde qđ
sugiore libro disputatib⁹ nobis apparuit arithmeticā
vī geometricā atq; musica esse antiquorem: ⁊ qđ
illata bas simul inferre: sublata vero perimeret. qua
re ordine disputatio progrediet: si ab ea prius incho
andū sit medietate que in nūeri differētia nō in ppor
tionis speculatione versatur.

De arithmeticā medietate eiusq; proprietatibus.

Capitulum. xxxiii.

Arithmeticāz medietatē vocam⁹: quotiēs
vel trib⁹ vel quotlibet terminis positi⁹: eq̄
lis atq; eadē differentia inter oēs disposi
tos terminos inuenit. In qua neglecta pro
portionis equalitate terminorū tantū differentiaz
qđ speculatio custodit. vt. 1.2.3.4.5.6.7.8.9.10.
In hac enī nāis numeri dispositione: si qs.
continuam differentias terminorum cur
ret aspicere: secundum arithmeticā mes
siatatem equa terminorum inter se discre
pantia est. Equales enim sunt differentie:
sed eadem proportio atq; habitudo non est. Si igit̄
in tribus terminis consideratio fit: continua propor
tionalitas dicitur. Sin v̄o hic aliis dux ⁊ aliis comes
illic vero v̄triq; sint alii: vocabitur disiuncta medietas.
Si igit̄ in tribus tantum terminis secundam con
tinuam medietatem conspereris: vel in quatuor: vel
in quotlibet aliis secundum disiunctam: easdem sem
per differentias terminorum videbis: tantu⁹ solis p
portionibus permutatis. Id si in uno quis nouerit re
liqua eu ratio nō latebit. Sit continua medietas. 1.
2.3. Hic unus a duob⁹ ⁊ 2. a tribus solis tantum sin
gulis distant. ⁊ sunt eadem differentie proportiones
vero aliae. Namq; duo ad unū duplus est. tres ad duo
sesqualter: ⁊ in ceteris idem videbis. Sin autem per
misces ⁊ aliquos preteriens eligas: ⁊ in his aliquam
speculationē ponas: idē poterit euenire. Nā si equas
les terminos intermissas: ⁊ sese in priore dispositiōe
p̄tereant. si singulos intermissas: soli⁹ binarii notabili⁹
differētia. sin v̄o duo p̄tereas: ternarii. si tres: q̄terna
rii. ⁊ ad eundē modū uno plus quā intermisseris: erit
illa quā querimus differētia terminorū. Nāq; si i trib⁹
terminis singuli reliquant: binarius semper intererit


Differentie



intermissi

Id est ne vt cū supius in naturalis nūeri di
spositione se termini singulis preterirent
pretermissis duobus ⁊ 4. unus ad tres: ⁊
3. ad quinarium comparati bina rium so
lum in differentia retinuerint. Nec nō etiā
in disiuncta eadem versabitur obseruatio.


Differentie




intermissi

Tribus igit̄ vestigiis insistentem nullus
ab eadez similitudine error abducet. Nam
qđ si duos intermissas: ternarius differē
tiam continebit. si tres: quaternarius. si qđ
tuor quinarius: eque in continuis propor
tionibus atq; disiunctis. Qualitas autem propor
tions eadem non erit quāvis sint equis termini dif
fentiis distributi. Quod si conuersim: ponantur: vt
non eisdem differentiis eadem qualitas propor
tions euenerit: geometrica talis proportionalitas non
arithmeticā nominatur. Est autem proprium huius
medietatis quod si in trib⁹ terminis speculatio fit: cō
positis extremitatibus illa summa qui inter extremi
tates est: non loco tantum: verum etiam sit quantita
te medietas. Ut si ponātur. 1.2.3. vn⁹ ⁊ tres qđ tuor red
dūt. Duo v̄o qui medius inter v̄trisq; est: qđ ternarii
medietas inuenitur. Quod si bis medietatem ducas
equ⁹ erit extremitatibus Bis enī duo quatuor creāt
Sin vero disiuncta sit: quod fit ex v̄trisq; extremitatibus
compositis. hoc ex duabus medietatibus reddi
tur. Si enim sunt. 1.2.3.4. unus ⁊ quatuor quinarius
creant: duo ⁊ tres medii in eundem rursus quina
rium surgunt.

continua



bis duo




discontinua

e St illi hoc quoq; solidā pprietate coniuns
ctum: quod quemadmodum sunt omnes
termini huiusmodi dispositōis ad seip̄os

c

Arithmetica

Ita sunt differentie ad differentias constitute. Namque omnis terminus sibi ipsi equalis est et differentie differentiis sunt eae. Illud quoque subtilius quod multi huius discipline periti nisi nocomachus nonque antea perspererunt: quod in omni dispositione vel continua vel disiuncta: quod continetur sub duabus extremitatibus minus est eo numero qui ex medietate conficitur tantum quantum possunt due sub se differentie continere que inter ipsos sunt terminos constitute. ponamus enim tres terminos. huiusmodi. 3. 5. 7. Si igitur tres septies augeantur: in. 21. numerum cadunt. Quod si medium terminum idest. 5. in semetipsum multiplicaueris: quinque quique faciunt. 25. Et hic numerus ab eo quem extremitates colligunt quater nario maior est: quem scilicet differentie conficiunt. Inter tres enim 2. 5. 7. bini intersunt. quos si in se se multiplices. 4. reddunt. bis enim duo quatuor sunt. Recte igitur dictum est: in hac huiusmodi dispositio ne quod continetur sub extremitatibus minus esse illo numero qui fit ex medietate tantum quantum differentie in se multiplicate restitunt.



